Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8496
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

spes suas: et iumenta: et omne
reptile terre iuxta genus suum. Et vidit
deus quod esset bonum et ait. Faci-
amus hominem ad ymaginem
et similitudinem nostram: ut presit
piscibus maris et volatilibus
celi et bestiis: universeque terre om-
ne reptili quod movetur in ter-
ra. Et creavit deus hominem ad
imaginem suam: et ad imaginem
dei creavit illum: masculum
et feminam creavit eos: benedi-
xitque illis deus et ait. Crescite
et multiplicamini et replete ter-
ram et subiicite eam: et dominam-
ini piscibus maris et volatilibus
celi et universis animantibus
que moventur super terram. Dixit
deus. Ecce dedi vobis omnem her-
bam afferentem semen super ter-
ram et universa ligna que habent
in semetipsis semen iuxta genus
suum: ut sint vobis in escam et
cunctis animantibus terre. omnique
volucri celi et universis que
moventur in terra et in quibus
est anima vivens: ut habeant
ad vescendum. Et factum est ita:
Viditque deus cuncta que fecerat
et erant valde bona. Et factum est
vespe et mane: dies sextus.
Igitur perfecti sunt celi et terra et omnis
ornatus eorum. Complevitque de-
us die septimo opus suum quod fe-
cerat. et requievit die septimo
ab universo opere quod patrarat.
Deus qui mirabili ordine
ad ymaginem hominem: et mirabilius re-
demisti. da nobis quesumus ita omnia
oblamenta prave mentis tone
psistere: ut mereamur ad gau-
dia eterna pervenire. Per. ij.
Factum est in illo tempore
et ecce respiciens dominus super
castra egyptiorum per columnam ignis
et nubis interfecit exercitum eorum
et subvertit rotas curruum: ferebantque
in profundum. Dixerunt
ergo egyptii. Fugiamus israelem
dominus enim pugnat pro eis contra
nos. Et ait dominus ad moysen.
Extende manum tuam super mare:
ut revertantur aque ad egypti-
os super currus et equites eorum.
Cumque extendisset moyses ma-
num contra mare: reversum est pri-
mo diluculo ad pristinum locum.
fugientibusque egyptiis occur-
rerunt aque: et involvit eos do-
minus medios fluctibus. Reversique sunt
aque et operuerunt currus et
equites cuncti exercitus pha-
raonis. qui sequentes ingressi
sunt mare: ne unus qui